



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1230. Usque Ad Annum 1248

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1764

VD18 90118049

§. 63. Episcopatus Majoricæ ac Maroci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66268](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66268)

§. LXII.

Sæcul. XIII.
A. C. 1237.*Episcopatus Majoricæ ac Maroci.*

Sub id tempus, quo Raymundus Generalis Fratrum Prædicatorum Magister electus est, a Papa mandatum accepit, ut conjuncta cum Episcopis Vicensi ac Ilerdensi opera Majoricæ Episcopum constitueret. Anno 1230, ut vidimus, Jacobus Arragoniæ Rex adempta Mauris insula Balearium majore Papam oraverat, ut inibi Ecclesiam Cathedralē erigeret; & tunc quidem ille voti damnatus non fuerat. Sed tandem Papa consensit per *lib. XI. ep. litteras an. 1237. 9. Julii* datas, quibus ^{159. ap. Rain.} duos Præfules ac Raymundum jubet huic ^{1237. n. 27.} Ecclesiæ dignum Pastorem dare, quem soli sanctæ Sedi obnoxium fore dicit. Præcipit quoque Episcopis, ut eum consecrent, vocato simul legitimo Episcoporum numero, sed e provincia Tarraconensi. Progressu temporis Episcopus Majoricæ Archiepiscopo Valentino subjectus fuit, velut etiamnum est. Primus erat Bernardus Abbas ad S. Felicem Guixalæ.

*Sup. §. I.**Joan. Damet. hist. Balcar. lib. 2*

Etiam Maroco Africæ urbi, medios inter ethnicos grandem Christianorum numerum continenti Episcopum Papa dedit, & quidem fratrem Agnellum Ordinis Minorum, sapientem hominem ac litteratum, quem sua consecravit manu, ut testatur in litteris 12 Jun. an. 1237. datis. ^{1246. n. 9.}

*Marca Hisp. p. 525.**XI. ep. 173. Rain. n. 28.**v. Vading.*

R 5

§. LXIV.